



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis  
Leniendæ**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§.3. Serui amor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52193)

*divinae bonitatis immensitas docetur.* 149

mundi diuitias cum Christi thesauris, ter- VIRGINIS  
ram cum cælo, turbelas mentis cum sere- CONSI-  
nissima tranquillitate commutauisset. O LIVM.  
quām incertæ sunt mortalium cogitatio-  
nes? Quām fideliter ille monuit? *Tene,* Apoc. 30  
*quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam?* 12.  
Quot, quantique homines iam animo ha-  
bitant apud Deum; & velut Angelus ille,  
qui posuit pedem suum dextrum super mare, Apoc. 101  
sinistrum autem super terram, dum corpore 2.  
sunt in procelloso hoc mari, mente in cælo  
degunt; tamen consilia sua retractant; &  
coronam suam amittunt: aut certè Numini  
caussam dant, ut eos sinat respicere retro,  
postquam manum suam jam ad crucis ara-  
trum applicauerunt?

Neque tentator deest, qui semper excu- III.  
bat in exitium nostrum, & consilia coquit, SERVI  
ad pias hominum voluntates euertendas. AMOR.  
Siue igitur puella illa indiligentius se custo-  
diens, siue malus Genius virtuti eius inui-  
dens, siue aliud quid in caussa fuerit, ma-  
gnam Virgo incidit in temptationem. Erat in  
eadem familia seruulus quispiam, qui ocu-  
los licentiūs in illam mittens cœpit oris in  
ea atque sermonis gratiam obseruare. Et  
flammat traxit, quasi qui stipulam igni ad-

K 3

*mouisset.*

150 Cap. VI. Magi conuersi exemplo

mouisset. Cœpit igitur illius amoribus calescere, ardere, consumi. Nullam ille omisit occasionem Virginis aspiciendæ, enim uero etiam, per caussam quamcumque compellandæ. Illi, vbi cumque poterat, officia sua deferebat: illi honorem quæ vultu; quæ gestu exhibebat: illi munuscula vel furto aliunde subducta donabat; ut proinde puellæ nimia honoris obseruatio suscepeta videretur, & dexterè declinanda. Quid enim ingenua in homine seruo; quid opulenta in pauperculo; quid casta in impuro proco, & Dei sponsa in mancipio amaret? Itaque, quantum ambiebatur, tantum ipsa à lenocinante abhorrebat. In seruo autem contrarium eveniebat. Nam quod vidit illum magis refugere, eò ille magis negata cupiebat, incendium in dies augente Orco. In eo sitis vehementius accenditur, cui astuanti potus negatur; ita spes, qua differtur, afflitit anima. Indomita bestia est amor, neque se carceribus sinit cohiberi, neque habena rationis refrænari: & ubi humanis destituitur auxilijs; vel Tartareos quærit auxiliatores.

IV.  
PACTVM  
MAGICVM

Quamobrem cum hominis & dæmonis mancipium videret, se actum agere, more multo.